

1562 i. 16. Julij:

Ex Ms. Bibl. Latus: n^o 244.

Joanni Lecto Regi Hungarie
Martinus Fromerus.

95

Ante quartum diem Dominus Joannes
Brassai Secretarius fels. vestre R. reddi:
dit mihi literas ipsius. Quas ego reveren:
ter ut par fuit, accepi. Cumque studium et
obsequium meum promptum ad manda:
ta ejusdem f. vestre R. deferrem, indica:
vit, se primum cum Serenissimo Rege Ma:
ximiliano, Deinde paulo ante cum Cesarea
Majestate de negocijs quibusdam, ejusdem
f. vestre egisse. Scriptumque mihi exhi:
bit, quod dicebat Cesarea Majestati se esse
traditurum, ut inde ego, quibus de rebus
ageret, cognoscerem. Vidi: Et mox de eo, quod
mihi veniebant in mentem cum eo contuli.
Et quoniam ea ipsa die paulo post adivi
ad Cesaream Majestatem, de negocijs Se:
renissimi Regis mei, egi cum Majestate ejus
Cesarea etiam de negotio f. vestre R. pro
temporis oportunitate. Per molestem mihi
Majestas ejus ferre visa est petitionem
f. vestre dicens; vix dum siccatum esse
atramentum literarum, quibus indu:
cia constituta sunt, et iam sel. vram mu:
tari cupere pacta conventa. Cumque ego
subjicerem. Non esse nefas mutare con:
venta ad communem utilitatem, pro:
pterea quod esset periculum, ne Turca
Arcibus illis, de quibus ageretur sibi pro:
pinquis potirentur, et cum Majestas e:
jus eas amitteret, tum f. vestra recu:
perare non posset: Respondit Majestas
ejus: Ipse induxit Turcas ad illa loca, et

causi

causificatur semper mandata Imperatoris
Turcarum, cum tamen ille meum nuper
constituerit de induijs ita, ut quilibet
quod tenet, teneat. Quando venient Cra-
tes ad tractandum de pace, tunc poterit
ijs de rebus agi. Tale tunc ego responsum
a Majestate ejus Cesarea accepi: Quale
autem Secretarius suus postea accepe-
rit nescio: nisi quod durum se accepisse
mihi dixit. Quoniam autem narravit is
mihi, etiam de Captivis reddendis se pe-
tere, nec tamen quicquam impetrare.
In eo quoque ei detuli operam meam et
impetrata hac sola de causa audientia,
cum Cas. mte egi diligentius. Reijciat
in quoque mte epus ad pacis tractationem:
et addebat: ferat se modo bene s. de Cel. vna
loquens: / nec mihi per Turcas incommodet,
ad extremum tamen cedens quodammodo
petitioni et persuasioni meae, respondit
semel atque iterum: Ego videbo: Duo verbo
mihi spem aliquam dare visa est. Nolum
tunc urgere importunius, cum viderem
Majestatem ejus esse occupatorem, et expe-
ctarent ante fores Illustrissimus Archidux
Ferdinandus et Crater Gallicus, et alij
ceterum hodie per Magistrum subicula-
riorum comitem Scipionem de certiori re-
sponso sollicitavi: Nihil tamen impetra-
vi. Sed omnia fusius hic ipse D. Joannes
Brassai exponet Cel. v. R. Ego si qua in re
deinceps inservire potero, non patiar in me
neque studium, neque diligentiam, neque
fidem requiri. Quod restat opto s. vram R.
Diu salva esse et incolumem Braga 16 Julij An-
no Domini 1562.